





28

DE
INSEPARABILITATE
STVDII VRIS NATVRA-
LIS A STUDIO THEOLO-
GICO ET IVRIDICO

14

1738, 1.

PAVCIS DISSERIT

AC

AD ACTVS DISPVTATORIOS

QVOS

QVINQVE IUVENES PRAECLARE DOCTI

IPIVS SVB PRAESIDIO

CONSENSV

ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE

PVBLCICE DEFENDENT

BENEVOLE AVDIENDOS

OMNES OMNIVM ORDINVM LITTERA-
RVN FAVTORES ATQVE CVLTORES

EA QVA FIERI POTEST HVMANITATE

INVITAT

IOANNES FRIDERICVS *BCNG*

I. V. D.

ROSTOCHII,

Typis JOHANN. JACOBI ADLERI, SEREN. PRINCIPIS
& ACAD. Typogr.

KÖNIGLICHES
UNIVERSITÄT
ZV HALLÉ



INSEPARABILITATE
STUDII RIVIS NATURA
LIS A STUDIO THEOLO
GICO ET IURIDICO

CAUSIS DISSENT

AD

AD AGENDI DIVINATORIOS

CAUSAS

CAUSAS THEOLOGICAS ET IURIDICAS

IPSIS STUDII

KONFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE

ILLUSTRISSIMO

PAULI

BENIGNISSIMO

OMNIBUS OMNIVM ORDINVM LITTERA

RVM FAVORIS ET OVE CULTORES

EA QVA NERI FORTI HUMANITATE

PROTEGI

IOHANNES FRIEDERICVS REGIUS

I. V. D.

KONFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE

ROSTOCHII

IOHANNES FRIEDERICVS REGIUS

AD AGENDI





E praecipiis euitandis tot ex-
stant regulae, quor memoriae mandare, a-
nimae naturam superat; sed secundum
nostram sententiam omnes ad hanc vni-
cam, *nihil sine ratione sufficiente est admit-
tendum*, reduci possunt. Ex hac regula
generali, liquido demonstrari potest, The-
ologos putantes, studium iuris naturalis
a studio Theologico separari posse, praecipio laborare; ex sequen-
tibus enim patebit, Theologum, puta systematicum, absque iuris
naturalis pericia minime Theologi nomen mereri; ad hoc itaque
praecipiendum, ad nexum inter ius naturae & Theologi-
am respiciendum est: hunc nexum duplici modo ostendam, refle-
ctendo & ad criteria reuelationis, & conlectaria funesta ex igno-
rantia iuris naturae orta, & quidem argumentis, quantum mihi con-
stat, ab aliis nondum traditis, principia quidem debeo aliis, sed ap-
plicationem mihi vindico. Necessitatem iuris naturalis in Iuris-
prudencia ciuili multis rationibus demonstrare, esset acta agere, prin-
cipium tamen quoddam generale ex CEL. KOEHLERI systemate

(2

I.S.

I. S & G. depromptum adducam. Si vni vel alteri me saltum in demonstrando commisisse, videatur, applicet saltus definitioni, & videtur in nihil mutabitur, adhibeat attentionem ad terminos demonstrationem ingredientibus, definitionem enim terminorum semper suppeditare, studium breuitatis non admittit. Viri cordati intentionem meam non contemptus aliorum, sed veritatis fundamento superstructam esse, facili negotio ex ipsa pertractatione perspicere possunt. Monitis monendis demonstrationem ipsam aggredimur.

Theologorum, qua Theologorum primum fundamentum est reuelatio, huius certa constituuntur criteria in Theologia naturali, ut veram religionem a falsa distinguere possint; omnis igitur Theologus si in eligenda religione errores fugere velit, criteriorum rationem habere debet. Ad criterium reuelationis diuinæ refertur, nullam intercedere contradictionem inter Ius Naturæ & reuelationem, habent enim vnum eundemque auctorem, cui contradictionem imputare, absurdissimum est; omnis itaque Theologus systematicus & reuelationem & Ius naturæ intelligere debet, nullus enim vnquam contradictionem apparentem tollere poterit, nisi terminorum notione distincta gaudeat. Hinc manifesto sequitur, Theologum absque peritiâ Iuris naturalis pertinere ad numerum eorum, qui videntur, sed non sunt. Hæc vera est ratio, cur quidam theologico vestiti ornati in defendendâ nostrâ religione loco resolutionis dubiorum regerunt: Er ist ein Welt-Kind, der Teuffel hat Ihn in seinen Stricken, mit Ihm ist nichts anzufangen, a tali modo veritates adserendi merito Theologi veri nominis abhorrent, ac principiorum potius, quam verborum execrantium rationem habent, interdum etiam interponunt auctoritatem Pastoralem, das müssen sie besser verstehen, und wenn Er nicht von dergleichen dubiis abstände, würden sie es der ganzen Gemeine kund thun, ja gar davon ausschließen; veritates omnem coactionem respuunt, intellectus enim aliorum voluntari se non submittit. Quam propositionem si considerarent illi Theologi, ad maledicta tanquam ad ancoram sacram non confugerent. Inde multa oriuntur consecraria funesta, quem enim fugit, multos

multos propter contradictionem Iuris naturalis & reuelationis in se apparentem in illam incidisse opinionem, se legibus naturalibus obedientiam tantum praestare, ac nullam reuelationem adeoque nullam religionem agnoscere velle; nihil igitur magis necessarium mihi videtur, quam vt in examinibus ad criteria reuelationis diuinae attendatur, & si examinandi horum ignari sint ad officium tam graue non admittantur. Ex hac vnica ratione inseparabilitas studii Iuris naturalis a theologico apparet, nihilominus tamen & aliarum mentionem faciemus.

Imputatio est applicatio legis ad factum, hoc Iuris naturalis periti explicant per actionem humanam sub certis circumstantiis singularibus pro legis ratione necessariis consideratam, ad imputationem ergo legitimam requiritur, vt circumstantiarum singularium pro legis ratione necessariarum noticiam debitam habeamus; simulac igitur circumstantiarum cognitio deficit, imputationi non erit locus. Applicabimus has regulas iuris naturalis ad casum quemdam specialem: ponamus, Titium Caium occidisse, antequam de iustitia vel iniustitia Titii iudicium sanum ferre possumus, necessario circumstantiarum singularium pro iustitia vel iniustitia facti cognitione opus est. Contra hanc regulam peccant nonnulli sacerdotes, notum enim exploratumque est, quosdam e cathedra sancta interficientem condemnare, iudicio summo diuino tradere, & tot maledictis afficere, quot vnquam mens concipere potest. Sed, vt menti meae clariorem ad eam lucem, & abusum officii in se dignissimi commonstrem, sequens obseruandum est ratiocinium. Interficiens aut iuste aut iniuste egit, si iuste maledicta non mereretur, si iniuste, tunc, antequam pro iniusto haberi potest, circumstantiae singulares notae esse debent, horum autem cognitionem certam sacerdotes tam breui temporis spatio sibi acquirere non possunt, adeoque nec illum, qui iniuste egit, numero christianorum excludere possunt, consequenter sacerdotes utroque casu peccant contra regulas imputationis Ius naturale & diuinum docentes. Alii, ne regulas imputationis violent, sub conditione, si interficiens iniuste egerit, aemu-



latur, de illis hoc loco mihi non est sermo. Dubium, quod contra hanc doctrinam moueri potest, soluemus: Sacerdotes tam iniuste maledicentes fere numquam actione iniuriarum pulsantur, cum tamen perpetratori moderamen inculpatæ tutelæ obseruanti ius illud minime denegandum sit. Resp. Sacerdotes (quidam) pollent auctoritate hominum amorem & inimicitiam excitandi erga alios, si igitur aliquis sacratorem actione iniuriarum vellet pulsare, se periculo multorum hominum inimicitiae submitteret, nihil autem magis felicitati humanæ promouendæ obstat, quam multorum hominum odium, ad hoc itaque malum maius fugiendum, malum minus est eligendum. Præterea notandum, actiones iniuriarum plerumque esse onerosas, magna enim mutatio intuitu status externi inde oriri solet.

Pacta coacta iuramento firmata esse nullius effectus egregie demonstrauit CEL. KOEHLERVS in I. N. S. 1458. Hanc propositionem quidam Theologorum euertere conantur, imo referunt ad absurdissimum illud prouerbum: *Juristen sind böse Christen*, & omnem adhibent diligentiam ita dirigendi hominum animos, vt pacta metu iniusto extorta iuramento corroborata seruent, suppeditata ab illis ratione, melius esse suum iactare, quam conscientiam violare. Sed iam alii obseruarunt, si eiusmodi iuramento efficacia tribueretur, patrociniū nequitii præstari. Nullitatem iuramenti iniusto modo extorti ex principiis iuris naturalis & politicæ sequenti modo demonstrari posse mihi videtur. Status naturalis in hoc mundo est impossibilis, hinc manifesto sequitur, Republicas esse hypotheticæ necessarias, rerum autem publicarum finis vltimus & inseparabilis est securitas, ad hunc finem obtinendum remedia sunt adhibenda, adeoque impedimenta quouis modo remouenda; ponamus, pacta coacta iuramento firmata esse valida, nemo a læsionibus liber esse poterit, adeoque securitas tollitur, consequenter eiusmodi pacta sunt impedimenta, quo minus finis Reipublicæ obtineri possit; in Republica igitur pacta coacta iuramento firmata tanquam valida non sunt admittenda. Ad hanc demonstrationem, vt conie-

tura

Etura me ducit THEOLOGI respondebunt, ipsos confite-
ri, pacta iniusto modo extorta ac iurato firmata iniquissimum esse
remedium aliorum bona sibi acquirendi, & cogentes poenis grauis-
simis esse coercendos, denuntiationem tantum coacto denegare & qui-
dem ex principio, melius esse suum iactare, quam morsus conscien-
tiae ineuitabiles expectare. Nec hoc dubium firmo statuto, cuius
enim obligatus est ad promouendam securitatem, adeoque ad im-
pedimenta remouenda, consequenter nullo modo pacta iniuste extor-
ta iuramento firmata seruare debet, iudici igitur coactionem denun-
tiare tenetur; praeter ea notandum, pacta posteriora iuramento cor-
roborata pactis prioribus validis iuramento firmatis nihil derogare
posse; cuius pactum iniit, securitatem Reipublicae promouendi, eam-
que obcausam iuramentum praestitit; pactum itaque cuius posterius
coactum iuramento corroboratum priori nihil derogare potest, adeo-
que nullius est effectus; si igitur cuius pactum posterius metu iniusto
extortum iudici non denuntiaret, iuramentum prius Reipublicae praes-
titum violaret, ac conscientiam suam offenderet, qui itaque iudici
iuramentum iniustum denuntiat, conscientiam suam seruat, hoc pa-
ret ex notione conscientiae completa, consistit enim in iudicio de
moralitate actionum propriarum lato: demonsttrauimus, coactum
iure meritoque denuntiare coactionem, si itaque coactus iudicium se-
cundum hanc demonstrationem ferat de moralitate denuntiationis
suae, agit ex conscientia recta, & consequenter nullo modo conscien-
tiam suam violare potest, adeoque dubium ex conscientiae violatione
deductum principiis nostris bene intellectis apud Theologos in omnem
aliam partem abeuntes euanesceat. Nihil restat, quam ut rationem seu
finem huius demonstrationis indigitem: inter omnes constat, dari
Theologos suppeditantes consilia, quocumque modo pacta coacta iu-
ramento corroborata seruandi; sed, cum ex praecedentibus liquido
appareat, consilia eiusmodi in detrimentum Reipublicae tendere, &
homines in excogitandis modis prauis aliorum bona sibi vindicandi
deteriores reddi, non potui non, quin infirmitatem rationum dubi-
tantium liquido demonstrarem. Quibus omnibus bene pensitatis, stu-
dium

dium iuris naturalis a studio theologico inseparabile esse, nullus dubitare poterit, nisi verba sine notionibus vellet pronuntiare.

Jurisprudentia est habitus leges civiles applicandi ad casus obuenientes, leges civiles sunt leges sociales, leges sociales sunt leges naturales, omnis igitur iuris prudens & leges naturales intelligere debet. Noto notius est ex Logicis, species inuoluere genera, qui inque specierum cognitionem distinctam sibi acquirere conatur, & de generis notione distincta sollicitus esse debet; leges civiles sunt species, & leges naturales genus, ergo leges civiles distincte cognoscere nemo poterit, nisi leges naturales intelligat. In iure naturali etiam pertractatur materia de obligatione, imputatione, diversitate officiorum, lationibus, pacto, dominio, hæc principia iuris naturalis utilitatem egregiam in iure civili præstare, Institutionistis abunde patet. Omnes fere iure consulti necessitatem iuris naturalis agnoscunt, eamque ob causam multis rationibus necessitatem studii naturalis demonstrandi superfedeo, & officio meo satisfacisse arbitror, suppeditando principia generalia, in quibus discendi ius naturale ratio sufficiens deprehenditur. Argumenta communia, quæ ex ipso conceptu iuris naturalis immediate deriuari possunt, aliorum meditationibus relinquimus. Hæc omnia, quæ pro demonstranda inseparabilitate studii iuris naturalis a studio theologico & iuridico adducta sunt, breuissimis in prælectionibus explicavi, ac assensum Ds. meorum Auditorum per demonstrationem extorsi, nec arenæ semina mandavi; quinque enim ex meis Auditoribus cupidine publice de iure naturali humanæ differendi flagrant, ut eo melius sensum ac vim demonstrationum Auctoris B. KOEHLERI, I. N. percipiant, nomina eorum sunt:

DAN. NETTELBLADT L. L. C.

IOA. IAC. QVISTORP, S. S. Th. C.

BERNH. FRID. QVISTORP, S. S. Th. C.

GAB. BALTEN, S. S. Th. C.

IOA. LVD. KNOECHEL, S. S. Th. C.

Obiectum Disputationis est prima sectio Auctoris nostri; positiones enim chartæ committere fini nostro non responder. Initium actus disputatorii die IX. Iulii per singulos dies Mercurii duraturi capient, quos omnes Litterarum Litteratorumque Fautores presentia sua ornate velint, enixe rogo ac prece. Scrib. d. IV. Iulii An. MDCCXXXVIII.

Rostock, Diss., 1736-38

ULB Halle

3

003 627 101



VD18

sb.






Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black



DE
ABILITATE
IS NATVRA-
IO THEOLO-
IVRIDICO

1738, 1.

DISSERIT
AC
DISPVATORIOS
QVOS
S PRAECLARE DOCTI
B PRAESIDIO
NSENSV
LTATIS IVRIDICAE
DEFENDENT
E AVDIENDOS
ORDINVM LITTERA-
ATQVE CVLTORES
TEST HVMANITATE
VITAT
DERICVS **BCMS**
V. D.

COCHII,
ADLERI, SEREN. PRINCIPIS
D. Typogr.

KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

8

14

